

que exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sapius: licentia vero generalis exequendi nulli omnino concedatur.

§. 20. »Contravenientes autem poena gravi, etiam carceris, ad Superioris arbitrium pleclantur; eandem etiam janitor subeat, si sciens exequendi facultatem fecerit.

§. 21. »Cum autem quis in conventum revertitur, superiorem iterum adhibet benedictionem recepturus, qui a socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.

§. 22. »Nullo fratres Romam pervenire Superiori permittant, nisi prius a Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam in scriptis impetraverint.

§. 23. »Si quis autem sine hujusmodi facultate Romam venire presumpserit, voce activa, & passiva biennio privatus existat subiturus etiam alias, arbitratu Superiorum, infligendas poenas. Quae item omnia adversus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine ulla exceptione locum habeant.

§. 24. »Habeat Superior clavam ita fabre factam, ut cum sibi videbitur, cellas omnes reserare possit, & propterea nullus cellam etiam noctu ita claudat, quin semper a Superiore possit aperiri.

§. 25. »In medio dormitorii per totam noctem lampas collocat.

§. 26. »Nullus, etiam Superior cellas, sive in claustris, sive alibi separatas a communi dormitorio habeat, sed unusquisque unica cella, eadem cum ceteris aliorum fratrum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lecto & mensa humilibus, uniformique sumptibus, ut praefertur, quemadmodum Religiosos delectet, contentus sit. Possit tamen Generalis alicui ex Superioribus conventum, si in eorum muneris, & officii necessitatem id exigere cognoverit, alteram etiam cellam concedere.

§. 27. »Cellae, sive aedificia, quae extra dormitorio separati sunt, ad officinas, aut alias, ad communi usum, & commoditatem conventus redigantur.

§. 28. »Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque ullibi in eodem lecto dormire possit, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

§. 29. »In privatis cellis nulli camini permittantur, sed omnes obstruantur statim, cardinibus etiam parietibus convulsis, ut res illa non ad tempus facta, sed perpetuo duratura videatur; Ceteris tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Praedicatoris exceptis.

§. 30. »Conventus fenestras omnes, quae in vias publicas, aut in vicinas laicorum aedes prospiciunt, muro ita obstruantur, ut omnino is prospectus impediatur.

§. 31. »Valetudinarium in singulis conventibus certo, ac salubriori loco construatur, quod pro loci situ, ac fratrum numero, quod fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo fratres omnes, cum aegrotabunt, curentur, nec inde, nisi recuperata sanitate, abire permittantur; qui vero infirmorum curam praepositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam praestabunt, ac curabunt, ne quid aegrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat.

§. 32. »Inneat ratio, quae, sublati licentia, ac facultatibus haecenus quibuscumque concessis, degenere extra Conventus claustra, ad ea quamprimum revocentur, nec de cetero, nisi ex gravissima causa, a Sede Apostolica probanda, hujusmodi facultates concedi possint.

§. 33. »Nulli impostorum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet provincia deputandis.

§. 34. »Current Superiores, ut constitutio interdicens largitionis munerum, & praescribens hospitalitatis formam, ab omnibus in quolibet conventu inviolabiliter observetur.

§. 35. »Ut omnis officiorum ambitus occasio, pra-

cludatur, caveant omnes a directa, vel indirecta voce, seu suffragiorum procuracione, tam pro se ipsis, quam pro aliis, tum in capitulis locorum, tum in ceteris, praesertim generalibus capitulis, ac congregationibus, seu alibi; Quicumque secus fecerint praeter alias poenas, & censuras haecenus contra hujusmodi ambientes infligendas, quas in suo robore permanere volumus in poenam privationis officiorum, quae obtinent, eo ipso incidant & ad futura quaecumque pariter inhabiles habeantur: super quo cum dispensari a nemine possit, nisi a nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum, gravius etiam pleclantur. Porro supradictas omnes poenas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

§. 36. »In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma praescripta a Sacro Concilio Tridentino, & Ordinis constitutionibus, inviolabiliter servetur, jurentque Electores secundum veritatem cuiusque conscientia, probiores, ac magis idoneos electuros; ac propterea, priusquam ad electionem deveniant, in primis, & ante omnia praelegantur constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & praerulatus illi praecipue eligantur, qui possunt, & consueverint regulas Ordinis, & constitutiones observare, praesertim quae pertinent ad servitium chori, ad vestitum, & victum communem.

§. 37. »Eligantur in capitulo generali, vel provinciali aliquot graves, & periti ex fratribus cujuslibet provinciae, saltem tres, qui admittendos ad praedicationem verbi Dei, vel ad audendas confessiones, etiam ipsorum fratrum, ac lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad hujusmodi ministerium admittantur; horum etiam curam sit examinare, probare, tam quoad doctrinam, quam quoad morem promovendos ad quoscumque Ordines, in quo servetur decretum Congregationis Interpretum Sacri Concilii Tridentini. hac de causa nuper editum, & promulgatum.

§. 38. »Illud porro Superiores omnes in Domino admonemus, ut memores sint rationis, quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commisso, ac propterea omni studio invigilent, ut quae eorumdem ordinum regulis, & constitutionibus, de oratione mentali, silentio, jejuniis, capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac pie sancta sunt, ea omnia, & singula ad unguem observentur; intelligentque super his, veluti fundamentis, omnium religionum aedificia construenda, & amplianda esse, quae ut faciliorem exitum sortiantur, & fructus uberioris in animis fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet conventu singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique observantia.

§. 39. »Quo vero omnia ordinate peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo unuscujusque conventus; in qua distincte annotetur, quid singulis horis cujusque diei quilibet frater praestare debeat, ut certo quoque signo praemunitis majori animi preparatione suo muneri satisfacere possit; Quae Ordinis constitutiones, his decretis non adversantur, inviolate custodienda erunt.

§. 40. »Quibus horum decretorum capitibus certa poena praescripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infingatur; Ut autem haec decreta, donec alia, quae pleniorum reformationem faciunt, edantur, ab omnibus observari possint, districte praecipimus Generalibus, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorumdem Ordinis constitutiones perpetuo valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & ad versus eas unquam dispensandi: alioquin sciant, se in poenam Generalatus, & officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuae ad alia quoque munera ipso facto, & sine ulla exceptione respectiva incidisse.

§. 41. »Ne vero, praetextu dilatae publicationis

eorum observatio quoquomodo differri possit, aut impediri, volumus ut post illorum publicationem, in conventu, vel monasterio cujuslibet Ordinis, de Urbis factam, Generalium, aliosque Ordinum Superiorum, ceterosque quoscumque fratres praesentes, statim, reliquos vero absentes citra montes, unius mensis, ultra montes, trium mensium spatio ita arceant, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

§. 42. »Insuper mandamus, quod Generales in singulis conventibus, citra montes, unius mensis, ultra vero montes, trium mensium cursu, decreta supradicta publicari faciant, sub poena privationis Generalatus, aliisque arbitrio nostro imponendis.

Datum Romae apud S. Petrum die 25. mensis Junii 1599.

§. 43. »Decretum illud, quo fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permittitur, Sanctitas sua extendit ad Provinciam, decrevit; ita ut ipse ex causa communi totius provinciae dumtaxat facultatem hujusmodi facere valeat, declaravitque, poenam privationis vocis activae, & passivae contrafacientibus infligendam, Sanctitatis suae reservatam esse, interdicta omnino eorum Superioribus singulis etiam Generali, ac Protectori facultate illam moderandi, ac relaxandi.

Datum Romae die 20. Martii 1601.

Regulares tot solum stare debent in monasteriis, quot ali commode possunt per redditus, & elemosynam eorum. Concilii Tridentini. sess. 23. de Regul. cap. 3. Clemens VIII. const. 80. incip. Nullius: Paulus V. constit. 9. incip. Sanctissimus: Urbanus VIII. const. 23. incip. Cum saepe: Innocentius X. constit. incip. Inter cetera: Innocentius XII. const. 1. d. num. 12. ad 62. verb. Novitius, ad num. 56. ad 65. verb. Simonia, art. 7. d. num. 20. ad 23.

Unde Regularium numerus pro unoquoque conventu praefinitus, & a Sacra Congregatione approbatus, prout necessario debet esse praefinitus, & approbatus, ut statuerunt varii Summi Pontifices, & signanter Urbanus VIII. Innocentius X. & Innocentius XII. in citatis suis constitutionibus, non potest a Superioribus augeri etiam sub praetextu augmenti reddituum absque ipsius Sacri Cong. Conc. licentia, sub poena privationis officiorum, vocis activae, & passivae, ac inhabilitatis perpetuae. Urbanus VIII. constit. incip. Cum saepe contingat: Innocentius X. const. incip. Inter cetera: Innocentius XII. const. incip. Nuper a Congregatione:

Regularis non potest habere locum in duobus monasteriis, textu expresso in cap. Ne nimia 9. de Religiosis domibus, ibi: Illud etiam prohibemus, ne quis in diversis monasteriis locum Monachi habere praesumat, nec unus Abbas pluribus monasteriis praesidere.

Regulares sunt exempti ab oneribus, & collectis; Sac. Cong. Immunit. 11. Jan. 1695. lib. 1. Decret. Vallemann. pag. 166. & 11. Jun. dict. anni, & lib. pag. 195. in Aqueis. 5. Febr. dict. anni, & lib. pag. 170. & alibi. Exempti quoque sunt ab hospitio, seu hospitalitate militum, etiam pro bello adversus Turcas. Sic S. Pius V. in const. incip. Cum sicut: (Vide inter alia verb. Bona, praecipue in add. hisp.)

Regulares non tenentur ad onera, & impositiones, & collectas pro bonis acquisitis, nisi juxta decisionem in Brundisina coram Pena, & Decretum editum sub Clemente VIII. anno 1600. Sac. Cong. Immunit. in una statum Ecclesiasticis 9. Novembris 1632. lib. 2. Decret. Paul. pag. 144. & in Montis Alti 29. Maji 1629. lib. 1. Decret. Paul. pag. 139.

Regulares Carmelitani non tenentur ad solutionem gabellae Dataris carnis ex forma constitutionis Clementis VIII. & Pauli V. non solum pro animalibus natis in eorumdem praediis, sed nec etiam pro emptis pro usu proprio; dum iste casus non sit expressus in dictis constit. & de Jure sint exempti. Sac. Cong. Immunit. in Ferrariens. 15. Septembris 1637. lib. 3. Decret. Paul. pag. 33.

Regulares gaudere debent exemptione pro vino, quod minutatim vendunt. Sac. Cong. Immunit. in Pao. 19. Decembris 1634. lib. 2. Decret. Paul. pag. 213. (Vid. li. C. pag. 165. in add. hisp.)

Canonici Regulares Lateranenses in vim motus proprii Urbani VIII. F. R. tenentur ad solutionem gabellae carnis, etiam pro animalibus, quae in propriis domibus, & monasteriis mactantur. Sac. Cong. Immunit. in Rav. 27. Febr. 1646. lib. 3. Decret. Paul. pag. 273.

Fratres Minores S. Francisci de Observantia gaudent, prout ceteri ecclesiastici, tam seculares, quam Regulares, exemptionibus pro rebus emptis ab eorum Syndico, pro victu, & vestitu eorumdem. Sac. Cong. Immunit. in Valentina 17. Martii 1658. lib. Dec. Rocci pag. 172.

PP. Dominicani sunt exempti a collectis impositis a communitate, tam de Jure communi, quam ex privilegiis pontificis. Sac. Cong. Immunit. in Firmana 6. Maji 1631. lib. 2. Decret. Paul. pag. 76.

Regulares sunt exempti a gabella portae civitatis pro introductione frumenti. Sac. Cong. Immunit. in Macerata 31. Augusti 1646. lib. 3. Decret. Paul. pag. 290.

Regulares circa libertatem emendi carnes remittuntur ad Sacram Congreg. Boni Regiminis. Sac. Cong. Immunit. in Anconitana 5. Martii 1675. lib. 1. Decret. Aliverti pag. 178.

PP. Societatis Jesu tenentur pro bonis acquisitis ad onera, quae sint certa, realia, & invariabilia; pro aliis vero bonis tenentur ad collectas auctoritate apostolica impositas cum specifica expressione ecclesiasticorum, dummodo in locis bonorum non adsit consuetudo contraria. Sac. Cong. Immunit. in Firmana 9. Octobris 1692. lib. 2. Decret. Paul. pag. 81.

An FF. Minimi contra formam privilegiorum possint conventi ab Oratorio, aut Vicario Apostolico, pro reddenda ratione bonorum temporalium ab eis possessorum? Sac. Cong. respondit hujusmodi Fratres uti jure suo. Sac. Cong. Immunit. in Bituntina 14. Januarii 1653. lib. 5. Decret. Paul. pag. 5.

Licet Regularibus in eorum conventu sito in loco, ubi dominus loci exigit unum pro quodecim ab ecclesiasticis pro coctura panis in furnis sibi competentibus, habere furnum pro eorum usu, & venditum sumptibus conventus. Sac. Cong. Immunit. in Muceratens. 22. Septembris 1624. lib. 3. Decret. Aliverti pag. 87.

Regulares sunt testes idonei ad probandum ex tractionem, & violationem Immunitatis eccles. secutum in eorum ecclesia. Sac. Cong. Immunit. in Regiens. 1. Julii 1642. lib. 3. Decret. Paul. pag. 177.

Minor observans S. Francisci potest de licentia Em. Vicarii Urbis in causa civili deponere. Sac. Cong. Immunit. in Romana 1. Septembris 1640. ibi pag. 19.

Datur facultas Episcopo, non solum examinandi, sed etiam cogendi Regulares ad se subijciendum examini in causa violatae Immunitatis. Sac. Cong. Immunit. in Apruntina 20. Novembris 1640. lib. 3. Decret. Paul. pagin. 135. in Neapolitana 6. Octobris 1643. ibi pag. 211.

Datur facultas Episcopo examinandi etiam Regulares dummodo actu, & habitu aliunde veritas haberi non possit, ac citra incursum irregularitatis. Sac. Congregat. Immunit. in Novariens. 27. Julii 1635. lib. 2. Decret. Paul. pag. 229.

Similis facultas conceditur aliquando etiam Vicario. Sac. Cong. Immunit. in Tropiens. 3. Augusti 1639. lib. 3. Decret. Paul. pag. 99.

Regulares date debent Eminentissimo Legato uti Delegato Apostolico notam animalium, quae per eosdem Regulares introducuntur ad effectum mactandi pro servitio Religiosorum. Sac. Cong. Immunit. in Tropiens. 9. Augusti 1639. lib. 3. Decret. Paul. pag. 89.

Scribitur Archiepiscopo, ut provideat, & ordinet pro suo arbitrio, quod Regulares quomodolibet privilegiati non locent appartamenti ordinata ad habitationem Religiosorum secularibus; ac effectum vitandi abusus, & controversias Immunitatis eccles. Sac. Cong. Immunit. in Neapolitana 16. Novembris 1676. lib. 2. Decret. Al-

- 100 *Altoit. pag. 1302. (Ad rem vid. verb. Fuenus, in addit. hisp.)*
- 108 Qui carceraverant, & modico tempore detinuerant Regularem, absolventur in forma ecclesie arbitrio Episcopi. Sac. Cong. Immun. in *Litterens. 4. Decemb. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 159.*
- 109 Alia ad rem: Vide verb. Alienatio, verb. Baptismus, art. 7. verb. Benedictio, verb. Conventus, verb. Ecclesia, verb. Fenestra, verb. Habitus, verb. Missa, verb. Oratorium, verb. Oracula viva vocis, verb. Privilegium, verb. Quarta, verb. Sepultura, verb. Testis, verb. Vicarius.
- 110 Regularis nequit simul esse Parochus, & Superior sui conventus. Sac. Congregat. *Disciplina Regular. 28. Maji 1715. Decreto 6. in Bullario Clementis XI. Vide verb. Parochus, art. 2. num. 84.*
- 111 Regulares, sicuti dictum est in verb. Jejunium art. 1. num. 12. ut possunt ovis, & lactianis in suis jejunii, extra tamen tempora ab ecclesia universaliter prohibita, ut fuit determinatum in Capitulo Generali PP. Cappuccinorum 1596. ac fuit approbatum à Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Cosentina 15. Julii 1606. apud Nicol. in Flosculis verb. Cappuccini, numer. 9. & apud Piton. constit. & decis. Pontific. ad Regulares, tom. 4. num. 1672. Quod tamen intelligendum est ex vi propriæ regulæ; quia aliis etiam ipsi in jejunii uti debent cibis secundum legitimam aliorum consuetudinem, & maxime Religiosorum regionis, & loci ubi morantur, cum consuetudo sit optima legum interpretis, textu expresso in cap. Dilectus 8. de consuetud. L. Si de interpretatione 37. de Leg. Immo ipsa sit altera Lex, & pro lege servari debeat, cap. Dilecti 4. de arbitris. L. De quibus 32. ff. de Legib. L. Scevola 26. ff. de aqua, & aqua pluvia arcenda. L. Ab Antiquis 31. Cod. de Testamentis, cum similibus (Vide lit. D. pag. 79. in addit. novis. hisp. & pag. 111. num. 25.) Unde Marchant. in expositione regulæ Fratrum Minorum, cap. 3. quest. 2. sic expresse concludit. *Jejunia regulæ servari debent juxta morem patriæ, & jejunantium communem formam, adducens ad id sententiam 4. Magistrorum, qui expresse dicunt: Jejunent ergo, &c. debet intelligi cibo jejunantium secundum consuetudinem hominum, & maxime Religiosorum terræ, in qua morantur. Et opinio nem Hugonis de Dina sic habentis: "Ubi à lactianis abstineant jejunantes, scandalum est, si nos morem patriæ, &c. violamus, juxta sancti canonem, mos ecclesie, sive diocesis, in qua sumus, & servandus: & infra: Debemus ergo in jejunii secundum morem jejunantium uti." Hinc Diana in Summa, verb. Jejunium, n. 5. adductus à Patre Viva in proposita 32. ex damnatis ab Alexandro VII. num. 10. in fin. dicit consuetudinem abstinenti à lactianis in vigiliis, & quatuor temporibus in Sicilia videri gravem, & sub mortali receptam, etiam apud Regulares; qualis procul dubio est apud Nos trates consuetudo jejunandi in cibis quadagesimalibus Adventus, juxta constitutiones Capituli Generalis celebrati anno 1500. Iterum de mandato Alexand. VI. cap. 3. art. 2. apud Orbem Seraphic. tom. 3. de Jejunio, ubi sic expresse habetur: "Ad hanc autem Quadagesimam jejunandum fratres sunt obliga-**

Nullum adest Conventus Superiori impedimentum, ut possit simul esse parochus: quamvis raro in hispania casus occurrat (1), sed ditionibus Americanis, dum inveniuntur monasteria regio consensu non fundata, videtur præcipue de fratribus Divi Francisci loquendo, inter Doctrinas obtinentes, Superioresque vulgo *Guardianes*, discretionem esse considerandam, tamen prædicto assensu astante fundatio præcesserit (2); quod Religiosi curam animarum exercentes possint utrumque officium, videlicet parochi, & superioris adipisci, lex demonstrat.

(1) L. 21. tit. 15. lib. 1. Ind. Ordenamos, que en las Doctrinas de los Indios, que están á cargo de los Religiosos de San Francisco, en que no hubiere conventos fundados con licencia nuestra, no se permita que los capitulos provinciales, ni Superiores nombren Guardianes distintos de los Doctrineros, porque solo han de poder nombrar Doctrineros, y no Guardianes, los quales han de proponer á nuestros Vice-Patronos, guardando inviolablemente la forma del Real Patronazgo.

uti modo, quo ceteri christiani ad illam communem obligantur, ut lactianis in ea comedere nequeant."

At vero in feriis sextis, aliisque jejunii diebus infra annum extra Quadagesimam, & Adventum teste communi praxi jejunatur, & jejunandum esse dicimus juxta diversarum provinciarum, & regionum probatam consuetudinem per supra adducta jura, & dicta etiam sub verb. Jejunium, loc. cit. num. 11. & juxta S. Thomam 2. 2. quest. 166. art. 8. ad 3. Sic expresse dicentem: "In jejunio Quadagesimali interdicitur universaliter etiam ova, & lactianis, circa quorum abstinentiam in aliis jejunii diversæ consuetudines existunt apud diversos, quas quisque observare debet secundum morem eorum, inter quos conversatur." Et sic de jejunii præscriptis in regula Fratrum Minorum ultra supracitatos sustinent moderni Expositores Regulæ, Corduba, Politius, Longus, quos refert, & sequitur Melphi in *Comm. cap. 3. tract. 13. quest. 1. & 2. Matth. in Cautela Confess. lib. 3. cap. 4. num. 36. ubi ad id allegat. Marchant. 4. Magistros, Hugonem, de Dina, Sanctorem, & Amenum, ac dicit non subsistere opinionem Felicis Potestatis, tom. 1. part. 3. à num. 2853. asserentis, Fratres Minores non teneri in jejunii regulæ extra Quadagesimam, hoc est Adventus, & ferie sextæ, abstinere ab ovis, & lactianis, qui tamen Felix loc. cit. num. 2856. dicit, circa id nolle suum proferre judicium, ibi: *Si autem quid ego sentiam, cupio, judicium ferre nolo; & infra sub num. 2899. ad consimilem petitionem dicit: Huic petitioni nolo ego respondere, quamvis ex rationibus, & fundamentis, ibi à num. 2866. ad n. 2875. adductis videatur in dictam sententiam propendere. Concludendum igitur est, quod quamvis citat. statuta & constitutiones Ordinis nostri, non obligent sub culpa mortali per constitutionem Sixti IV. incip. Circumspecta: adductam ab ipso Felice Potestate, loc. cit. n. 2831. & allegatam, ut intellectum suum, discurrendi gratia, aperiat, loc. cit. num. 2856. 2866. 2870. & 2875. per supra adducta jura, & allegatos Doctores, adhuc tenentur Nostrates sub gravi ad observanda jejunia ecclesie, & regulæ in cibis juxta dictam legitimam aliorum consuetudinem, & maxime Religiosorum regionis, & loci, ubi morantur; Nimis enim mirum esset, quod Religiosi majori perfectioni, & mortificationi addicti, atque obstructi, in suis regulæ jejunii adinstar illorum ecclesie universalis instituti, ad minorem abstinentiam, & mortificationem tenerentur, quam seculares. Quod & dicendum venit de aliis Religiosis pro jejunii sub præcepto eis impositis à suis respectivè regulis, & constitutionibus. Cum de omnibus, ceteris paribus, militet eadem ratio, & ubi militat eadem ratio, eadem etiam militare deceat juris dispositio, L. Ideo 27. de Legibus; Leg. Illud 32. ff. ad Legem Aquil. Sec. Inter corporalia 2. de translationib. Episcop. cum similibus.**

Regulares utriusque sexus nequeunt licite esse Patrimi, non solum in sacramento Baptismi per jura allegata, & dicta verb. Baptismus, art. 7. n. 41. & seq. sed neque in sacramento Confirmationis, propter eandem rationem ibi à sacris canonibus, & conciliis adductam. Ubi enim eadem est ratio, eadem debet esse

legis dispositio; L. Ideo 26. ff. de Legib. L. Illud 32. ff. ad leg. Aquil. cap. Inter corporalia 2. de translat. Episcop. Cum ratio Legis sit anima Legis; L. cum ratio 7. ff. de bonis damnator. Et tanto magis urget talis prohibitio quoad illos Regulares, qui nedum jure communi, sed & jure speciali propriæ regulæ ad id ventantur, ut in specie Fratres Minores; ex cap. XI. sua regulæ sic expresse prohibentis: *Nec fiant comparæ virorum, vel mulierum, ne hæc occasione inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur*, pro qua prohibita compaternitate ex vi regulæ venit compaternitas quoruncumque in Baptismo, & Confirmatione, ut recte citatis aliis regulæ Expositoribus, docet Corduba in *cit. cap. XI. Regula 4. Lex enim generaliter loquens, generaliter est intelligenda, cap. Si Evangelica 13. dist. 56. c. Quia circa 28. de privileg. L. Prætor 20. §. ait Prætor. ff. de novi operis nunciat cum similibus; Et ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; L. Non distinguemus 32. ff. de recept. arbitr. L. De Pretio 8. ff. de publiciana in rem action. l. Præses 3. ff. de officio Præsid. (Circu duod præcedentia axiomata, Vide lit. A pag. 251. num. 12. in fin. pag. 428. num. 9. in fin. & supra num. 63.)*

114 Compaternitas prohibita Fratribus Minoribus ex vi regulæ, est solum illa, quæ contrahitur in tenendo suscipientem sacramentum, præsertim Baptismi, & non ipsum ministrando. Et ratio est, quia hæc solum scandalum generare potest, ut in præcepto regulæ continetur; ubi autem, ut in ministrando sacramentum, cessat causa, & finis legis, nempe occasio scandali, cessat ex vi Regula ipsa Lex, Cum cessante 60. de appell. L. Cum ancillam 6. Cod. de condit. ob causam (Lit. E pag. 362. in princip. col. 1. ac lit. I pag. 7. num. 34.) Tum quia generaliter, & proprie tales comparæ dicuntur solum tenentes suscipientem sacramentum, non autem ipsum ministrantes. Et sic expresse declaravit Capitulum Generale Mecliniense anno 1499. & habetur in Tabul. Vic. gen. ibi: *Et cum in regula prohibetur, ne Fratres fiant comparæ virorum, vel mulierum, &c. intelligendum est quoad elevationem de fonte Baptismatis, non quoad Baptizationem*; Sic refert, & tenet Corduba loc. cit. ubi recte cum aliis ibi allegatis regulæ Expositori-

Fratribus (1) præsertim, medicantibus ibidem viventibus, etiamsi animarum cura non adsit, ministrandi sacramenta necnon competenti facultas; ideo, sive de Minoribus proprie fuerit sermo, sive de aliis sub nomine Mendicantium comprehensis, indistincte est permissum similes actiones exercere; dummodo regia præcedente licentia ad eas regiones transfretaverint. (2)

(1) Brev. Sancti D. Pii V.

#### PIUS PAPA QUINTUS.

Charissime in Christo fili noster, salutem, & apostolicam benedictionem. Exponi Nobis nuper fecit tua Majestas Regia, quod juxta Sacri Oecumenici Concilii Tridentini decreta, nulla matrimonia, nisi præsentè parochò, aut de illius licentia contrahi, nullisque Religiosis absque Episcopi licentia Verbum Dei predicare, ac secularium personarum confessiones audire, Episcopi vero novas parochias in locis ad invicem longe distantibus constituere possint. Quia tantum in partibus Indiarum maris Oceani, Religiosi propter Presbyterorum defectum, hæctenus officio parochi functi fuerunt, & id quod ad conversionem Indorum attinet, exercuerunt, & exercent, ex quo non modicos, sed maximos fructus, etiam Verbum Dei eisdem Indis prædicando, & explicando, ac confessiones audiendo, ad fidei catholicæ propagationem fecerunt; dicta Majestas tua Nobis humiliter supplicare fecit, quatenus ipsis Religiosis ut illi ad uberiores fructus in dicta conversione Indorum reportandum incitentur in locis ei assignatis, officium parochi, matrimonia celebrando, sacramenta Eucharistica ministrando, prout hæctenus consueverunt, exercendi, & ab eorum Superioribus in capitulis provincialibus obtenta licentia Verbum Dei prædicandi, & secularium confessiones, de suorum super-

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VIII.

bus, docet, quod ad tenendum, seu servandum de fonte Baptismatis prohibetur Fratribus Minoribus, nedum jure communi, sed etiam ex vi regulæ. Quoad ministrandum vero Baptismus prohibetur ipsis, sicuti & omnibus aliis Regularibus, solum jure ecclesiastico communi, cap. Placuit 8. caus. 16. quest. 1. ibi: *Neque filium de Baptismo accipere, neque baptizare*. Ex vi regulæ prohiberi Minoribus Fratribus solum compaternitatem ex susceptione prolis de sacro Baptismatis fonte, tenet expresse Marchant. in *cit. cap. XI. Regul. quest. & conclus. unica*, & alii Expositores.

Nec valet dicere, quod inter casus, ratione quorum Fratres Minores à loco recedere possunt, referunt antiqui Expositores, esse si in ipso loco obligentur Fratres ad baptizandos pueros, adeoque eis prohibetur ex vi Regulæ etiam Baptismus ministrare. Non valet, inquam, quia iste casus, ut explicat Marchant. loc. cit. referendus est ad locum, ubi sine apostolica dispensatione adest cura animarum, & obligatio baptizandi ex officio, non autem ex charitate, aut ex vi compaternitatis; Ex lege enim charitatis in casu necessitatis articuli mortis probabiliter imminenti puero, similis alius esset qui legitime posset, & vellet ipsum baptizare, nedum alii Regulares, sed ipsi Fratres Minores, non solum licite posset, sed immo tenerentur ipsum baptizare, quia lex charitatis jubet in tali casu providere de remedio ad salutem æternam omnino necessario, quale est Baptisma, & contra hoc nullum jus præcipere potest, cum necessitas non habeat, nec recognoscat legem; cap. Quoniam 13. caus. 1. quest. 7. cap. Sicut 11. de consecrat. dist. 1. cap. Omnes 1. de for. cap. Consulisti 3. de celebrat. Missar. cap. Concilium 2. de observat. jejun. cap. Quod non est licitum 4. de Reg. juris. (Leg. 34. tit. 9. §. 11. 23. p. 1.) Et tenent expresse Cordub. loc. cit. cum Hugone, & Pisano ibi allegatis, & alii passim; Prohibito enim de non baptizando intelligi debet extra casum similis necessitatis.

Fratres Minores electi ad curam animarum, alique ad id subdelegati in conventibus, ubi ex dispensatione apostolica adest parochia, possunt licite, sicuti & alii Regulares similiter electi, seu subdelegati, baptizare: quia Summus Pontifex, qui est super jus positum

riorum licentia audiendi facultatem concedere, aliisque in præmissis opportune providere dignemur. § 2. Nos igitur, qui singulorum præsertim catholicorum regum votis, ad divini cultus augmentum, & animarum salutem reddere libenter annuimus; hujusmodi supplicationibus inclinatis, omnibus, & singulis Religiosis quoruncumque etiam Mendicantium Ordinum, in dictis Indiis partibus, in eorumdem Ordinum monasteriis, vel de eorum superiorum licentia extra illa commorantibus, ut in locis ipsarum partium, eis de simili licentia assignatis, & assignandis officium parochi, hujusmodi matrimonia celebrando, & Ecclesiastica sacramenta ministrando, prout hæctenus consueverunt (dummodo ipsi in reliquis solemnitatibus dicti Concilii formam observent) exercere, & Verbum Dei, ut præfertur, quatenus ipsi Religiosi Indorum illarum partium idioma intelligant, de suorum superiorum licentia, ut præfertur, in capitulis Provincialibus obtenta prædicare, ac confessiones audire, Ordinariorum locorum, & aliorum quoruncumque licentia minime requisita, libere, & licite valeant, licentiam, & facultatem, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. § 3. Et insuper, ne in locis illarum partium, in quibus sunt monasteria Religiosorum, qui animarum curam exercent, aliquid per prædictos Episcopos innovetur, eadem auctoritate, & tenore statutimus, & ordinamus. § 4. Sicque auctoritate Judices, & Commissarios, quavis auctoritate

E

te

vum ecclesiasticum, cap. Proposuit 4. de concessione prebende, concedendo parochiam, concedere intelligitur omne id, quod ad officium parochiale spectat; concessio enim sine, etiam media, quibus ad eum pervenitur, concessa intelliguntur, cap. Præterea 5. cap. Prudentiam 21. § cap. Suspicionis 28. de Offic. delegat. leg. Cui jurisdictione 2. ff. de jurisdictione, cum similibus, (lit. A pag. 97. num. 13.) & ubi majus conceditur, minus concessum esse videtur, cap. Ex parte 27. de decimis, & cui licet quod est plus, licet utique quod est minus; cap. Cui licet 53. de Regulis juris in 6. l. Nondebet 21. ff. de Regul. juris. (Lit. B pag. 431. num. 36.)

117 Non possunt tamen nec ibi, nec alibi levare de sacro fonte infantes, seu fieri compadres in tenendo suspicientem sacramentum, etiamsi non oriatur aliquando scandalum, & de hoc constat, quia licet causa propter quam fit prohibitio, cesserit in casu particulari, & quoad aliquem pro tunc, manet tamen in generali, & simpliciter quoad alios, & quoad se, quia leges aptantur ad ea, quæ ut plurimum contingunt, non autem ad illa, quæ raro accidunt, & ab accidentalibus casibus dependent, ad text. in Authent. Us sine prohibitione matris, in l. Ex his 4. § in l. Num ad ea, ff. de legibus, cum similibus. Et ideo simpliciter manet & ipsum præceptum obligans etiam pro tunc, ut est communis regula Doctorum in omnibus similibus præceptis; Atque sic debet intelligi caput cessante causa cessat effectus præcepti, cap. Cum cessante 60. de appellat. quando scilicet causa cessat omnino secundum quid, & simpliciter, ac generaliter, ut explicat Richard. in 4. dist. 4. Silvester, verb. Furtum, quest. 15. Corduba, loc. cit. & alii: & sic servat praxis, & communis consuetudo, quæ est optima legum interpres, cap. Dilectus 8. de consuetudin. § Leg. Si de interpretatione 37. ff. de legibus.

118 Sub dicta prohibitione non comprehenditur Regularis quicumque factus Episcopus. Sic expresse Glossa communiter recepta in cap. Statutum 1. cap. 18. quest. 1.

te fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiti debere: ac quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentare contigerit, irritum, & inane decernimus. §. 5. Mandantes nihilominus dilectis Filiis, Curia causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, & B. Mariæ de Mercede, ac del Carmen, extra, aut intra muros Hispanensium Monasteriorum, per Priores gubernari solitorum, Prioribus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel per alium, seu alios eisdem Religiosis in premissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eis, & eorum cuilibet, concessione, indulto, statuto, & ordinatione, ac aliis præmissis, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos per locorum Ordinarios, & alios quoscumque contra præsentium tenorem, quomodolibet molestari, perturbari, ac inquietari: contraditores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias penas, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, appellatione postposita, comprehendendo, ac censuras ipsas, etiam iteratis vicibus approbando, interdicitur, ponendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. §. 6. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac monasteriorum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, monasteriis, & Ordinibus prædictis, eorumque Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specificæ, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia ex-

verb. Absolvit, ibi: Item potest sibi facere commatres, quod prius non licuit, exemplo Gregorii, qui prius Monachus factus est, & postea cum esset Diaconus Cardinalis, compater Maurii Imperatoris factus est. Henno, tom. 2. tract. de Baptismo, disp. 5. quest. 2. conclus. 2. resol. 4. Et alii passim. Et ratio est, quia Episcopus Regularis à die suæ confirmationis, & assumptionis ad Episcopatum, exceptis votis essentialibus, liberatur ab aliis obligationibus suæ regulæ, ut habetur ex cit. cap. Statutum 1. ca. 18. quest. 1. & tenent communiter Doctores; ut dictum fuit sub verb. Episcopatum, art. 7. numer. 1. & 2.

Regularibus licet invitare populum ad faciendam Officia pro animabus purgatorum in eorum ecclesia. Sac. Congr. Concil. in Volaterrana 16. Martii 1725. ad l. dub.

Regularis presertim impeditur quominus in ecclesia intra limites parochiæ recite missas canant, licet vocati à prioribus, & Officialibus laicis dictæ ecclesiæ. Sac. Congr. Concil. in Valen. seu Sulmon. 10. Martii 1727. ad 111. dub.

Regulares ad ordines promovendi præter literas obedientiales superioris non tenentur exhibere. Ordinario fidem sui Baptismatis ad docendum de legitima ætate, dummodo in literis obedientialibus exprimitur ætas. Sac. Congr. Concil. in Brixien. 12. Dec. 1733. ad 2. dub.

Additur attendenda ad rem const. Benedic. XIII. incip. Postulat edita 7. Martii 1725, in qua interdicitur Regularibus omnibus ad dignitates ecclesiasticas promotis, ne aliquid, seu ulla bona extra cenobium secum asportare audeant; & insuper admittit Superioribus Ordinum facultas concedendi promotis eisdem ad tempus usum librorum, aliorumque, sub pœna suspensionis à Divinis eo ipso incurrenda, reservata Papæ private quoad omnes alios; revocaturque Prædecessorum Pontificum facultates cuicumque Ordini ad id concessæ.

Regulares curam subditorum secularium assumere

quisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si verbo ad verbum, nil penitus omisso, & forma in eis tradita observata, inferri forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentibus; illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sui Sede indultum, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. §. 7. Et quia difficile foret præsentibus literas ad singula quæque loca, in quibus de eis fides forsitan faciendæ foret, deferre, etiam volumus, & eadem auctoritate apostolica decernimus, quod illarum trasumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, in iudicio, & extra, ubi opus fuerit, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 24. Martii anni 1567. Pontificatus nostri anno secundo. Leg. 45. tit. 14. ejusdem. Los Virreyes, Presidentes, Oidores, y otras qualesquier Justicias de las Indias hagan publicar el Breve concedido por nuestro muy Santo Padre Pio V. en 24. de Marzo de 1567. à nuestra suplicacion, para que los Religiosos de las Ordenes Mendicantes puedan administrar los Sacramentos en todos los pueblos Indios, segun y en la forma que lo hacian antes del Santo Concilio de Trento.

(2) Leg. ead. ibi: Pot tamen rogamos, y encargamos à los Arzobispos, y Obispos, que à los Clerigos, y Religiosos que hubieren pasado, ó pasaren à aquellas Provincias, sin expresa licencia nuestra, no les permitan decir Misa, administrar los Santos Sacramentos, ni entender en la doctrina de los Naturales, y los hagan embarcar, y volver à estos Reynos.

nequeunt absque consensu, & approbatione Episcopi, Benedic. XIV. tom. 1. constit. 109. incip. Firmandis.

124 §. 11. Regulares curam animarum exercent, vel sacramenta quovis titulo administrant, subsunt jurisdictioni, & correctioni Episcoporum: Idem ibid. §. 2. & 3. Quod intelligitur de jurisdictione ordinaria, & non vero delegata; Idem ibid. §. 12.

126 Regularis parochus exemptus est à visitatione, & correctione Episcopi in his, quæ pertinent ad observantiam disciplinæ regularis; Idem ibid. §. 8. Non autem in his, quæ spectant ad mores, & exemplarem vivendi rationem; Idem ibid. §. 8. Multoque minus in his, quæ pertinent ad ipsius officium parochiale; Idem ibid. §. 9. Regularis Parochi correctio competit tam Episcopo, quam Superiori Regulari, cum præponderantia favore Episcopi; Idem ibid. §. 10. Ipsius remotio decerni potest tam ab Episcopo, quam à Superiore Regulari absque aiterius consensu. Idem ibid. §. 11.

127 Exempti tamen sunt ab Episcopi visitatione, & correctione Parochi Regulares, qui curam exercent in ecclesiis eorum monasteriorum, sive locorum, in quibus Abbates, aut alii Superiores Regulares jurisdictionem, episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos habent. Idem ibid. §. 12. Nisi Episcopus probet ampliore jurisdictionem ex alio capite sibi acquisitam esse. Idem ibid. Exempti sunt etiam animarum curam gerentes in ecclesiis eorum monasteriorum, in quibus Abbates Generales, seu Capita Ordinum Sedem Ordinarium principalem habent. Idem ibid. §. 13. Quod non extenditur ad residentiales aliorum Præsulum Regularium non Generalium. Idem ibid. §. 13.

128 Illa autem dicenda est Superioris Generalis residentia ad effectum hujusmodi exemptionis, quæ à constitutionibus, vel à consuetudine Ordinis præfinitur. Idque tantummodo monasterium, non vero aliud, in quo quacumque de causa Superior Generalis commoratus fuerit, pro ordinaria Sede haberi præcepit, licet ipse Generalis in ipso actu non resideat; Idem ibid. §. 17. Vel si à constitutionibus, vel consuetudine alicujus Ordinis residentia non sit præfixa, illa erit pro residentia ordinaria habenda, quam Superior Generalis, seu Caput Ordinis initio Generalatus elegerit. Verum si facta semel hujusmodi electione, eadem postmodum variare præsumperit, declarat, neque monasterium initio electum, neque alterum, etiamsi cum sua Curia eo se transtulerit, privilegia ordinariæ, & principalis Generalitatis Sedis habiturum. Idem ibid. §. 18. Hac exemptione non gaudent aliæ parochiæ hujusmodi monasterii unite. Idem ibid. §. 15.

129 Episcopus pro dictorum exemptorum Parochorum remotione potest instare apud Superiorem Generalem, si cognoverit parochiam non recte administrari, & aliquando etiam debet pro sui officii munere, implorata quoque, quatenus opus sit, Apostolicæ Sedis auctoritate, si namque Generalem prædictum, aut reluctantem, aut Parocho plus æquo faventem invenerit. Idem ibid. §. 16. Et in his etiam præservatur majus jus, quod Episcopo aliis acquisitum fuisse potest. Idem ibid. §. 19.

130 Regulares Parochi, aut Vicarii Curati missam Parochialem applicare debent pro populo diebus festis. Idem constit. 103. incip. Cum semper §. 4. Regulares Parochi tenentur recipere in propriis ecclesiis, & domibus Missionarios ab Episcopo missos ante visitationem pastorem. Idem constit. 109. incip. Firmandis.

131 In Regularium ecclesiis parochialibus Episcopus visitare potest illud dumtaxat altare, in quo SS. Eucharisticum Sacramentum asservatur, & consequenter sacrum ipsum tabernaculum, fontem Baptistæ, si ad sit confessionale Parochi, pulpitem Ecclesiæ, à quo

132 Parochus jus habet Verbi Dei annuntiandi; Sacrarium pariter ecclesiæ ad inspiciendum locum, in quo asservatur Sacra supellex pro sacramentis administrandis; Sepulcrum, & coemeterium parochiale; turrim campanarium, dummodo in ea sint campanæ ad parochiam proprie spectantes; ac demum præter res supra enunciatas, omnia sacra vasa, quibus vel particula consecrata servantur, vel sacra olea, vel aqua baptisterii, vel alla rite benedicta, quæ pro ingredientium aspersione ad ecclesiæ fores ponti consuevit. Idem ibid. §. 7.

133 In Regularium ecclesiis, sive parochialibus, sive non, potest Episcopus Confirmationis sacramentum arbitrio suo ministrare. Idem ibid. §. 6. Regulares Superiores Parochum Regularem corrigere possunt. Idem ibid. §. 10. Atque etiam ab animarum cura removere absque consensu Episcopi. Idem ibid. §. 11. Nullam vero jurisdictionem habent in subditis parochiæ seculares. Idem ibid. §. 10.

134 Regularis Superioris approbato ad confessiones non suffragatur, ut quis absolvere possit à peccatis, & censuris reservatis, in vim indulti apostolici recentis approbationem Ordinarii. Idem constit. 100. incip. Apostolica Indulta, §. 6. Regularibus non suffragatur Indultum Cruciatæ quoad electionem Confessarii pro absolutione à censuris, & peccatis reservatis. Idem ibid. §. 7.

135 Accipientes munera à Regularibus, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, ultra valorem decem scutorum moneta, nequeunt absolvi à Summo Penitentiario, nisi prius facta restitutione, vel si etiam de præsentibus nequeant adimplere, cum obligatione eandem quam primum poterunt faciendi. Qui vero infra prædictum valorem ejusmodi munera acceperint, eos injuncta arbitrio ipsius majoris Penitentiarii seu Confessarii per eum eligendi elemosyna, quæ in beneficium religionis, seu conventus cui de jure faciendæ esset restitutio, si caute fieri possit, erogetur, absolvere, seu absolvi mandare possit. Idem constit. 115. incip. Pastor bonus, §. 26.

136 Regulares, quibus à Sancta Sede concessa est facultas impediendi benedictionem super populum cum Indulgencia plenaria, quo ritu id facere debent? Vide supra ad verb. Benedicatio. Regulares Superiores quid præstare debeant in deputandis Confessariis extraordinariis pro monialibus sibi subjectis? Vide supra ad verb. Confessarius. Regulares quando & in quibus subjiçantur jurisdictioni Episcopi? Vide supra ad verb. Episcopus, & verb. India, Indi. Regulares quoad ordines recipiendos. Vide supra ad verb. Ordinare, Ordo. Regulares quoad reclamandum contra validitatem Professionis. Vide supra ad verb. Professio Regularis.

137 Regularibus non conceditur translatio, nisi ad Ordines, in quibus viget claustralis, & regularis observantia; Idem tom. 2. constit. 7. incip. Pontificia: Regularibus ab ordine laxiori ad strictiorem transferri cupientibus, an, & quomodo convenire necesse sit inter utriusque Ordinis Superiores, in jure cautum non reperitur; sed hodierna praxis est, per quam omnes hujus generis controversiæ, & motuum prolixitates devitantur, ut Religiosis viris qui à laxiori ad strictiorem Ordinem transire cupiunt, postquam voluntatis suæ causas coram competentibus Apostolicæ Sedis tribunibus exposuerint, atque probaverint, haud ægre à Romano Pontifice indulgeantur opportuna facultates, in quibus derogatio super consensu Superioris Ordinis laxioris includitur. Idem constit. 25. incip. Ex quo.

Regulares Superiores an expectare debeant consensum Episcopi, ut Clericum secularem ad habitum suæ

Parochus jus habet Verbi Dei annuntiandi; Sacrarium pariter ecclesiæ ad inspiciendum locum, in quo asservatur Sacra supellex pro sacramentis administrandis; Sepulcrum, & coemeterium parochiale; turrim campanarium, dummodo in ea sint campanæ ad parochiam proprie spectantes; ac demum præter res supra enunciatas, omnia sacra vasa, quibus vel particula consecrata servantur, vel sacra olea, vel aqua baptisterii, vel alla rite benedicta, quæ pro ingredientium aspersione ad ecclesiæ fores ponti consuevit. Idem ibid. §. 7.

In Regularium ecclesiis, sive parochialibus, sive non, potest Episcopus Confirmationis sacramentum arbitrio suo ministrare. Idem ibid. §. 6. Regulares Superiores Parochum Regularem corrigere possunt. Idem ibid. §. 10. Atque etiam ab animarum cura removere absque consensu Episcopi. Idem ibid. §. 11. Nullam vero jurisdictionem habent in subditis parochiæ seculares. Idem ibid. §. 10.

Regularis Superioris approbato ad confessiones non suffragatur, ut quis absolvere possit à peccatis, & censuris reservatis, in vim indulti apostolici recentis approbationem Ordinarii. Idem constit. 100. incip. Apostolica Indulta, §. 6. Regularibus non suffragatur Indultum Cruciatæ quoad electionem Confessarii pro absolutione à censuris, & peccatis reservatis. Idem ibid. §. 7.

Accipientes munera à Regularibus, exceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus, ultra valorem decem scutorum moneta, nequeunt absolvi à Summo Penitentiario, nisi prius facta restitutione, vel si etiam de præsentibus nequeant adimplere, cum obligatione eandem quam primum poterunt faciendi. Qui vero infra prædictum valorem ejusmodi munera acceperint, eos injuncta arbitrio ipsius majoris Penitentiarii seu Confessarii per eum eligendi elemosyna, quæ in beneficium religionis, seu conventus cui de jure faciendæ esset restitutio, si caute fieri possit, erogetur, absolvere, seu absolvi mandare possit. Idem constit. 115. incip. Pastor bonus, §. 26.

Regulares, quibus à Sancta Sede concessa est facultas impediendi benedictionem super populum cum Indulgencia plenaria, quo ritu id facere debent? Vide supra ad verb. Benedicatio. Regulares Superiores quid præstare debeant in deputandis Confessariis extraordinariis pro monialibus sibi subjectis? Vide supra ad verb. Confessarius. Regulares quando & in quibus subjiçantur jurisdictioni Episcopi? Vide supra ad verb. Episcopus, & verb. India, Indi. Regulares quoad ordines recipiendos. Vide supra ad verb. Ordinare, Ordo. Regulares quoad reclamandum contra validitatem Professionis. Vide supra ad verb. Professio Regularis.

Regularibus non conceditur translatio, nisi ad Ordines, in quibus viget claustralis, & regularis observantia; Idem tom. 2. constit. 7. incip. Pontificia: Regularibus ab ordine laxiori ad strictiorem transferri cupientibus, an, & quomodo convenire necesse sit inter utriusque Ordinis Superiores, in jure cautum non reperitur; sed hodierna praxis est, per quam omnes hujus generis controversiæ, & motuum prolixitates devitantur, ut Religiosis viris qui à laxiori ad strictiorem Ordinem transire cupiunt, postquam voluntatis suæ causas coram competentibus Apostolicæ Sedis tribunibus exposuerint, atque probaverint, haud ægre à Romano Pontifice indulgeantur opportuna facultates, in quibus derogatio super consensu Superioris Ordinis laxioris includitur. Idem constit. 25. incip. Ex quo.

Regulares Superiores an expectare debeant consensum Episcopi, ut Clericum secularem ad habitum suæ

138 Eisdem in regnis, quamquam Prælati regularem Parochum ab animarum cura removere possint: vicegerentum, ceterorumque locum tenentium interventu, adstante etiam Diocesani noticia, fieri debet. (1)

(1) Leg. 4. tit. 5. ejusd. Todas las veces que los Provinciales hubieren de proponer algun Religioso para la Doctrina, ó administracion de Sacramentos, ó remover conforme à las reglas de nuestro patronazgo al que hubieren proveido, darán noticia à nuestro Virrey, y Presidente, y al Prælado Diocesano.

religionis admittere possint? In iure pariter cautum non reperitur, quamvis huiusmodi consultatio inter Episcopum & Superiorem Regularem, ut unicuique sua ratio constet, ipsaque Superior Regularis ab Episcopo edoceri valeat de idoneitate Clerici, numquam interdicta fuerit, nec ipse Pontifex eam vetare intendat, quin potius illius utilitatem, atque opportunitatem agnoscat, resolvens opus esse ad id nova constitutione. Idem *ibid.*

156 Non licet Episcopis in Synodis derogare privilegiis à Sede Apostolica concessis Regularium Ordinibus, Benedic. XIV. De Synodo Diocesana, lib. 7. cap. 41. num. 1. addendis ad id pluribus iuribus. Regulares enim sæpe conquesti sunt, Episcopos in Synodis præcepta, & statuta emisisse de regulari observantia, cum verb. præcipimus, seu statuimus: Quapropter Sacra Congregat. Concilii justam agnoscentes regularium querelam, verbum illud præcipimus, seu statuimus, nectum à diocesane, verum etiam à provincialis synodi constitutionibus jussit expungi, & decretum in hunc modum reformari. *Intelligent Regulares se teneri ad regulam, quam professi sunt, vitam instituisse: Idem ibidem cap. 43. num. 1. ex Fagnan. in cap. Quod super his, num. 25. de majori. & obediens.*

158 Possunt tamen Episcopi tamquam Sedis Apostolica delegati plura sancire quoad Regulares. Idem *ibid. numer. 3.* Et præcipue ea, in quibus subduntur ipsis, juxta allegata verb. Regul. art. 2. per tot. Et signanter Regulares obstringuntur constitutionibus synodalibus in his, quæ respiciunt curam animarum, administrationem Sacramentorum, & jurisdictionem Episcopi delegatam. Idem *ibid. l. 8. cap. 4. num. 5. ex Conc. Trident. sess. 23. cap. 1. de Regularib. & cap. 1. de privileg. in 6. Et ad evitandum scandalum, tenentur etiam aliis constitutionibus, licet non semper sub gravi. Idem *cit. num. 5.* Tenentur servare festum indictum, Interdictum promulgatum ab Episcopo, non tamen jejunium, in synodo, vel extra denunciatum. Nisi alia esset antiqua consuetudo, aut scandalum urgeret. Idem *ibid. num. 6. & 7.**

164 Regulares quicumque, nec per modicum quidem tempus, nec ulla occasione possunt ad alloquendas moniales sine Episcopi licentia accedere absque gravi culpa. Idem *ibid. l. 7. cap. 41. num. 7. ex variis pontificiis constitutionibus, & Sacram Congregationum decretis, quæ congesta habentur apud diocesanam synodum Pisanam 1708. & in appendice ad Synodum diocesanam Lucanam habitam ab Episcopo Colloredo 1736. & à me jam relat. tom. 5. verb. Moniales, art. 2. n. 12. ad 21. Vide ibid.*

165 Prælati Regulares privilegium post Concilium Tridentinum habentes, possunt suos subditos ab interstitionum lege ad Ordines suscipiendos dispensare. Idem *ibid. l. 7. cap. 42. cap. 6. ubi refert, quod cum Episcopus Midensis in sua synodali constitutione 8. expresse denuntiasset, se nulli sive secularium, sive Regularium, Ordines collaturum, qui non servasset temporum interstitia à Concilio Tridentino præscripta, à quibus, an quempiam absolvendum ecclesie necessitas, aut utilitas exposceret, id non à Prælato regulari, sed à se fore dijudicandum, delata causa ad Sacram Congregationem Concilii, ipsa sub die 24. Augusti 1686. rescripsit, dictam constitutionem Synodalem Midensem esse reformandam quoad eos Regulares, qui habent privilegium concessum post Trident. An, quando, & quomodo possint, vel non, Prælati Regulares suos subditos in una diocesi morantes, dimittere ordinandos in aliam? Vide supra ad verb. Ordo, art. 3. ac in addit. quoad verb. Ordo.*

167 Hic jure subnectere quæ ad tollendam ignorantiam laicorum in religionibus professorum cauta, atque decreta sunt novissime per Sac. Congr. Episcop. & Regul.

» F. Clemente di Palermo.

» Lettor Giubil. Teol. di S. M. C. nel Real Congresso di Madrid per l'Immacolata Concezione, Ministro Generale di tutto l'Ordine del N. P. S. Francesco, Vi-

» sitatore, è Riformatore Apostolico, è servo nel Signore.

» La Sacra Congreg. della regular disciplina, sempre intenta à promuovere il vantaggio, è decoro delle religioni, avendo saputo, quanto sieno ignoranti moltissimi laici delle medesime tanto nella dottrina cristiana, quanto nelle altre cose necessario sapersi da questi, ha giudicato spediente fare intendere à tutti li superiori Generali, quali sieno le sue intenzioni sopra un tal particolare per mezzo della seg. Lettera.

» Reverendiss. Padre.

» Frequenti sono stati i ricorsi, che in diversi tempi si sono fatti à questa Sacra Congreg. della disciplina regolare, della grave ignoranza, che vi era tra laici è conversi di molte Religioni, non solo degli obblighi, che sono particolari del loro proprio stato, ma anche della dottrina cristiana, è delle cose più importanti di nostra S. Fede; è con quel premuroso zelo, che dovea, non ha mancato con replicate lettere circolari del 9. Novembre 1709. è del 20. Febbrajo 1739. inculcare a' superiori Generali gli Ordini più pressanti; che in ogni Convento in ciascuna Domenica dell' anno da un Padre da destinarsi dal Superiore locale, si spiegasse a' Religiosi Professi nello stato laicale, è precisamente a' Questuanti, la dottrina cristiana, il catechismo, ed ancora qualche punto della regola, premendo sopra tutto ciò, che riguarda i doveri della vita Religiosa, & che professano.

» Non ostante però tutti questi replicati Ordini di questa Sacra Congregazione, continuò ed in iscritto, ed in voce le querele degli zelanti Religiosi, che la spiegazione della dottrina cristiana a' Conversi venga trascurata, anche nelle più Osservanti religioni, tanto che alcuni di essi Religiosi con lagrime hanno attestato ritrovarsi in essi una sì crassa ignoranza, che non sapiano nè anche i principali Misteri di nostra Santa Fede.

» Per riparare adunque ad un tanto lagrimevole disordine, ha creduto questa Sacra Congregazione della disciplina regolare, anche con espressa approvazione della Santità di N. Signore, che si eccitasse il lodevole zelo di V. paternità, affinché con viva ed efficace lettera circolare à tutti li provinciali d' Italia, ed isole adiacenti, faccia lor conoscere il debito precetto del loro officio d' invigilare su de' Superiori locali per l'essato adempimento di un obbligo di rilievo, qual è l'istruzione de' loro Conversi nella dottrina cristiana, è lo stretto conto, che dovranno rendere à Dio dell' altrui ignoranza, ordinando ad essi Superiori provinciali.

» Primo. Che nel ricevere i Conversi alla religione, la principal cosa, su cui debbano essere esaminati, sia nella dottrina cristiana, secondo viene specialmente prescritto da i decreti dalla S. Mem. di Clemente VIII. De Educatione Novitiorum; è non trovandoli ammaestrati come conviene, in niun conto li riceverano.

» Secondo. Che in tutte le maniere, è senza che vi sia scusa alcuna, che possa darne esecuzione, facciano in tutti li Conventi in ciascuna Domenica, o altro giorno della Settimana, che dal Superior Locale sarà stimato più opportuno, ai Laici Professi, Terziarij, o Oblati, da un padre, ch' gli giudicherà capace, spiegare la dottrina cristiana, il Catechismo, nè qualche punto della regola, che riguarda i doveri, nè gli obblighi precisi della loro vita regolare, è specialmente appartenenti al Voto di Poverà.

» Terzo. Che portandosi essi provinciali in visita, sicome altresì qualche altro in grado di Visitatore, tra le più importanti cose, che con maggior premura debbano inquirire, sia l' informarsi se i superiori locali facciano adempire una tale spiegazione della dottrina cristiana, è se esattamente si eseguisca; Esaminando anche i detti laici con osservare, come siano in quella istruiti, è nel caso, che ritrovino dell' ignoranza ne' medesimi, o che tal esercizio non sia esattamente praticato, rigorosamente gastighino, ed Esigend i Superiori locali à misura della loro trascuraggine,

» anche col privati è sospenderli dall' officio, come dalla Sacra Congregazione non si mancherà, essendo avvisata, che si usi da qualche Superior locale della negligenza, à procedere à quei condegni castighi, anche di privazione di voce attiva, è passiva, ed altri, che crederà convenevoli.

» Quarto. Ed acciochè si mantenga sempre vivo ne' Superiori Locali l' adempimento di tal Ordine, nè mente della Sacra Congregazione, che questa sua lettera da' medesimi si faccia leggere due volte l' anno in publico refettorio di ciascun Convento nella stessa maniera, che si pratica di altri simili Ordini.

» E sicura la stessa Sacra Congregazione, che V. P. non trascerà col suo commendabile zelo, nè sempre quanto le vien prescritto, invigilando, nella più attenta ed efficace maniera, che un dovere di sì grande importanza, qual è l'istruzione nella dottrina cristiana in persone Religiose, sua nel di lei Ordine eseguito con ogni esattezza. E nell' attendere il risconto dell' esecuzione, che sarà sollecitamente data ai comandi dell' E. E. loro, auguro alla paternità V. ogni felicità. Roma 15 Marzo 1738. Al piacer di V. paternità. F. G. A. Card. Guadagni Prefetto. Dom. Arcivesc. di Nicomedia Segreti.

» In sequela pertanto di quanto ci vien imposto dalla medesima Sacra Congregazione incarichiamo strettamente la P. V. à dar pronta esecuzione a' suoi Ordini, che per mezzo d' una circolare notificherà à tutti li superiori locali, quali dovranno far copia di questa Nostra, per leggerla ogni sei mesi in piena comunità. Sarà poi suo peso che venga dalli medesimi eseguita in tutte le sue parti; è con autentico attestato vi farà costare di venir praticato da essi quanto nella presente si prescrive, sotto pena, in caso d' inosservanza, della privazione dall' officio, nè d' altre à nostro arbitrio: E cordialmente salutandola, le diamo la Serafica benedizione. Roma Araceli 1. Aprile 1738. Di V. P. = F. Clemente di Palermo Ministro Gener. = Per Commandamento di S. P. Rev. Fr. Vincenzo Scutari già Diff. Gener. è Segret. Gener. dell' Ordine.

168 Tametsi plura hoc in articulo ab Auctore cummulata sint, nihilo tamen minus & plura addi possent, vel illustranda tradita ab ipso Auctore, vel ommissa ab eo supplendo. Angusti vero limites additionum cogunt, ut vix pauca inuamur.

169 De laico post patrum delictum effecto Regulari, quatuor queri solent. Primum an valide sit professus? Secundum an debeat puniri à Superiori Regulari? Tertium an sit standum processui confecto à Judice laico? Quartum demum an puniri debeat juxta præsentem statum?

170 Vide autem de his omnibus controvers. 96. & 97. Summiatij, ubi sustinetur valide fuisse professum, & quod il consecrarium est, debere puniri à Superiori Regulari, stando tamen processui confecto à Judice laico, & quidem secundum præsentem statum. Et quod caput est, afferitur in casu illo consentanea resolutio S. Congregation. Immunitatis edita 19. Januarii 1677.

171 De Regulari, quando ex necessitate patri, matri, &c. superveniente exire è Religione possit, & eis subvenire, non inutilis hic quoque esset inquisitio. Ad brevitas gratia consule qui de ea late agit Rosignol. de patr. potest. discept. 3. cap. 4. num. 31. & sequent. (Vid. verb. Alimenta, & Filius.)

172 Pariter brevitas gratia de Regulari an possit esse testis in testamento, addi Scopp. Ad Merlin. Pignatell. Schol. 88. num. 28. 1. 2. Sanchez in præcept. Decal. lib. 6. cap. 13. fer. per tot.

173 (Per leges 9. tit. 8. lib. 2. For. Reg. & 7. tit. 16. part. 3. confitetur, Religiosum, venia Superioris intercedente, testem esse posse: hæc leges absque limitatione loquuntur: sed si recognoscitur lex 9. tit. 1. part. 6. in qua qui esse testis in testamento prohiben-

tur, numerantur, animadvertetur ibi Religiosum non referri.)

An possit esse procurator in Judicio pro seculari, 174 de Alexio observ. 108. ad Capyc. Latr. consult. 1. 2. Novar. in Lucerna Regul. verb. Procurator num. 4. & 5. Ringer. de Testamen. Canon. l. 1. disp. 2. cap. 4. num. 7. Graff. decis. aur. part. 3. lib. 3. cap. 26. num. 15. (Vid. addit. hisp. verb. Parochus, art. 2. incip. Propter evidentem:)

An possit esse exequutor testamentarius sine superioris licentia, Capon. controvers. for. 54. num. 29. & sequent. ubi etiam de Jesuitis, & rursus late discept. 32. fere per tot. Oliv. de for. ecclies. part. 3. q. 35. num. 9. & seq. Themud. decis. Ulysiopon. 62. num. 5. ubi quod Fratres Minores nec cum licentia Superioris possunt esse exequutores testamentarii. (Absolute lex 8. tit. 5. lib. 3. For. Reg. determinat esse executorem Religiosum non valere.)

An possit esse arbiter, Sanchez in præcept. decal. 176 lib. 6. cap. 13. num. 52. & seq. & num. 65. de Prætribus Minoribus, Scopp. ad Gratian. decis. 64. fer. per tot. (Videatur non esse causam, cur arbitratores esse non possint; ubi potest dubitari, circa arbitros juris occurrat, nam si ad instar judiciorum hæc arbitria sunt redacta, (Vid. lit. A pag. 210. quod esse nequeant, videatur posse affirmari, ad rem vid. lit. C pag. 168. in novis. & leg. 4. tit. 4. p. 3. per quam præcipitur, iudices Religiosos esse non posse. Mente retine leg. 4. tit. 16. ejusd. part. ubi postquam asseritur, istos inquisitores vulgo Perquisidores esse non posse, neque in causa seculari, nisi partium consensu. Lit. A pag. 161. col. 2.)

Et quid si electus fuerit ante Religionem ingressus? 177 Sanchez ubi supra.

An possit esse Tutor, Larrea, Alleg. fiscal 86. 178 num. 3. lib. 2. Sanchez in præcept. decal. lib. 6. cap. 14. num. 21. & seq. (Vid. lit. C in add. hisp. vers. Eo ipso post pag. 168.)

An possit munus Tabellionis exercere, Idem Auctoribus *ibid.* (verb. Notarius in add. hisp. vers. Non omni:)

An possit esse depositarius, (Vid. lit. D pag. 62. 180 in novis. col. 1.) Sanchez eodem loco num. 27. & seq.

Quid recuperet ubi exeat è Religione, Capon. discept. 201. cap. 1. num. 4. Schettin. de pact. success. p. 3. sect. 9. num. 59. & seq. Rot. in Anconitana donationis 23. Julii 1733. Cor. bon. mem. Peralt.

Et quid suppressa Religione, Torr. de pact. futur. 182 success. lib. 2. cap. 25. num. 95. Rot. in Anconitana, seu Senogallien. successionis 22. Martii 1726. coram bon. mem. Nunez.

Et quid si transeat ad Religionem capacem, Capon. disceptat. 64. & 280. Staiban. Jur. resolut. 125. & 126. lib. 2. Schettin. de pact. success. part. 3. sect. 9. num. 64. Gobbi. consult. decisio. 12. & 13. Rovit. dec. 10. ibique Altimar. in Addition.

Et quid si promoveatur ad episcopatum? Marant. 184 p. 3. respons. 55. Capon. controvers. 22. num. 20. ubi de bonis donatis monasterio, de Marin. resolut. quotid. cap. 185. 7. 2. Lucarin. de Episcop. Regul. part. 3. c. 2. Argentè ad Consuet. Britan. art. 510. gloss. 2. num. 4. Rovit. decis. 10. & 11. ibique Altimar. in addit. &

\* De his omnibus, quæ circa Regulares in hisce Additionibus proponuntur, jam satisfactum traditum à me in suis propriis respective locis, nempe in verb. Filius, in verb. Testis, in verb. Procurator, in verb. Testamentum, in verb. Arbitrator, in verb. Tutor, in verb. Depositarius, in verb. Clericus, in verb. Episcopus, in verb. Novitius, in verb. Regulares, in verb. Moniales, in verb. Translatio, & sæpe incidenter alibi.\*

## ARTICULUS II.

Quoad ea, quæ concernunt Regularium exemptionem à Jurisdictione, vel non, Ordinariorum; seu quoad ea, in quibus Regulares subduntur, vel non, Jurisdictioni Ordinariorum.

## SUMMARIUM.

**Q**uid sit exemptio: Episcopi an habeant jurisdictionem in Regulares: Constitutio D. Greg. XV. de exemptorum privilegiis, & responsa Sacrae Congregationis: in quibus subduntur Regulares Episcopis, ad n. 36.

**37** Degentes in parochialibus quando puniri possint ab Ordinariis: an in gratia si de superiorum licentia existant, ab eodem puniantur: etiam intra, vel extra monasterium delinquentes, si à superiore non puniantur, possint ab Episcopo Superior non puniri: quam penam incurrat: quando censetur delictum extra claustra: quid in sic delinquentem possit Episcopus: quid in aliis casibus, ad n. 49.

**50** Alii casus recensentur in quibus Regulares Episcopis subduntur, ad n. 71.

**72** An habeant etiam potestatem supra Regulares in spectantibus ad venerationem eorum, qui ex hac vita migraverunt sanctitatis opinione, & fama martyrii: contra asserentes conceptionem B. V. cum peccato originali: in eos qui missas celebrant, & confessiones accipiunt, non habentes ordinem Presbyteratus: conveniendi apud suos conservatores quando, ad num. 77.

**78** Censuris coerceri quibus in casibus possint Regulares, dubio occurrente super privilegio exemptionis ad censuram: possessio non est turbanda, & quo in similibus sit recursus, ad n. 82.

**83** Quando Regulares, expressa causa, in citatione teneantur comparere, & an contra contumaces censuras relaxari: non sunt exempti à stricto debito exhibendi obsequium, & reverentiam: quare Episcopi jura eorum defendere debent, prosequi eos affectu benevolenti, caritative tractare, & benigne fovere, ad n. 85.

**88** Concilii Viennensis monitum Episcopis, & Regularibus directum in mutua debita dilectionis argumentum.

**87** Subnectuntur Auctoris supplementa, ad n. 141. 142. Additio ex aliena manu, ad n. 153.

**1** EXEMPTIO EST PRIVILEGIUM, quo persona, aut locus ab jurisdictione Episcoporum, seu Ordinariorum liberatur, & subtrahuntur, ac Summo Pontifici immediate subijciuntur. Est in re Communis, arg. cap. Si Papa 10. de privileg. in 6.

**2** Episcopi, seu Ordinarii in pluribus casibus Jurisdictionem habent in Regulares, sive Ordinatiam, sive Delegatam. Communis & clare patebit ex infra dicendis. Jurisdictionem Ordinatiam in ipsos habent in iis, in quibus Jure Ordinario, seu ex suo ordinario officio, ex lege, canone, vel consuetudine sibi competente, possunt contra eos procedere. Communis. Jurisdictionem vero Delegatam in ipsos habent in iis, in quibus, non Jure proprio, & ordinario suo officio, sed ex sola demandata sibi auctoritate à Sede Apostolica possunt contra nos procedere, uti cum canones, & Jura disponunt, ut contra eos auctoritate apostolica, vel tamquam Sedis Apostolicæ Delegati procedant. Communis.

**3** Afferuntur constitutio 18. Gregorii XV. de Exemptorum Privilegiis, & subjectione, multa ad rem contentens scitu digna.

## GREGORIUS EPISCOPUS &amp;c.

Inscrutabili &amp;c.

§. 1. Sanctæ Tridentinæ Synodi decretis provide cautum est, nullum Presbyterum, etiam Regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum deputari, nisi aut Parochiale Beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliâ idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis datur, obtineat.

§. 2. Nec non ut in monasteriis, seu domibus virosum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum, seu Locorum familia, personarum, tam Regulares, quam Seculares ejusmodi curam exercentes subsint immediate, in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus diocesi sunt sita. Itemque ut Episcopi universi sub obstaculo divini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ, in omnibus monasteriis sibi subjectis ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram Sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restituat, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent. Inobedientes, atque contradictores per censuras ecclesiasticas, aliasque penas, quæcumque appellatione postposita, compescant.

§. 3. Atque ut Regulares in ecclesiis suorum Ordinum predicare volentes se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur. In ecclesiis vero, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo predicare possint sine Episcopi licentia, contradicente autem Episcopo nulli, etiam in suorum Ordinum ecclesiis, predicare præsumant.

§. 4. Verum quia experientia compertum est, ecclesiasticæ regiminis rationes postulare, ut decretis ejusmodi aliquid adjungatur; matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetuâ valitura constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam Regulares, quam Seculares, quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum secularium monasteriis, seu domibus Regularibus, aut quibusvis aliis ecclesiis, vel beneficiis, sive secularibus incumbentem exercent; sive aliâ ecclesiasticâ sacramenta, aut unum ex illis ministrant, prævia Episcopi licentia, & approbatione, sive quomodolibet in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant: in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimode jurisdictioni, visitationi, & correctioni diocesani Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, plene in omnibus subijciantur; Ad hæc tam Regulares, quam Seculares hujusmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa personas intra septa decem, vel circa clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum monialium, etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci similiter tamquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant.

§. 5. Confessores vero, seu seculares quomodolibet exempti, tam Ordinarii, quam Extraordinarii, ad confessiones Monialium, etiam Regularibus subjectarum, audiendas, nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo diocesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed, & Administrantes bona ad ejusmodi monasteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam Regularibus subjectarum, pertinentia, sive Regulares extiterint, sive Seculares quomodolibet

exem-

exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque juris remediis cogi, & compelli queant; licetque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant: sique Superioribus id facere directantibus, aut negligeribus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi toties quoties, & quando opus esse judicaverit; Ac similiter possit Episcopus una cum Superioribus Regularibus quæcumque Abatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel alium interesse, ac præsidere, absque ulla tamen ipsorum monasteriorum impensa.

§. 6. Ac demum habeat Episcopus, tamquam dictæ Sedis Delegatus, auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos, tam Seculares, quam Regulares, qui in alienis ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in ecclesiis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, predicare præsumpsint; Ita ut Episcopi in præscriptis casibus in prænominate personas, in supradictis, & singulis, aut circa quomodolibet delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras ecclesiasticas, aliasque penas, uti ejusdem Sedis Delegati procedere, omnemque jurisdictionem exercere libere, & licite valeant.

§. 7. (Et sequitur clausula præservativa una cum aliis derogatoriis.) — Datum Romæ apud S. Petrum Nonis Februarii 1622. Pontificatus nostri anno secundo Bullar. tom. 4. p. 98.

Afferuntur responsa Sac. Congreg. Conc. ad varia dubia super dicta constitutione Gregorii XV. exorta. Posita constituit. fel. rec. Gregorii XV. de Exemptorum privilegiis, &c. Dubitatur.

**1.** An liceat Episcopo visitare altaria Regularium ecclesiarum, quibus curam animarum personarum secularium non incumbit, aut loca, ubi in eisdem ecclesiis asservatur sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, vel ubi audiuntur confessiones personarum secularium?

**2.** An Episcopi possint Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel aliâ illorum privilegia restringere, ac moderari in sacramentis administrandis?

**3.** An facultas Episcopi per constitutionem attributa in Exemptis, tam Seculares, quam Regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius diocesis?

**4.** An eadem facultas competat inferioribus Prælati proprium territorium, ac jurisdictionem quasi episcopalem habentibus?

**5.** An per eandem constitutionem in illis verbis: *Possit Episcopus una cum Superioribus Regularibus quæcumque Abatissarum &c. electionibus per se vel per alium interesse, ac præsidere, Jus Abatissas confirmandi Episcopi attributum censeatur.*

**6.** An Confessores Monialium ante dictam constitutionem deputati debeant ab Episcopo examinari, & approbati?

**7.** An Superiores Regulares similiter ante ipsius constitutionis publicationem electi, seu deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro confessionibus Sanctimonialium sibi subjectarum audiendis?

**8.** An confessiones, quas audiunt Superiores Regulares electi, seu deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictæ bullæ, non robusta Episcopi approbatione, nulla, atque irrita sint, nec ne?

**9.** An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad confessiones personarum secularium audiendas, censeantur etiam approbati ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum?

**10.** An Regularis ad audiendas confessiones Monialium unius monasterii ab Episcopo approbatus confessiones Monialium alterius monasterii audire possit?

**11.** An Confessores, Regulares Extraordinarii semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium confessiones pro una vice infra annum præscriptum Sacri Concilii Trident. possint virtute dictæ approbationis pluries tamquam Confessores Extraordinarii earumdem confessiones audire absque nova Episcopi licentia?

**12.** Cum in eadem constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut amoveant confessores Monialium, atque Administratores bonorum ad earumdem Monialium monasteria pertinentium: sique Superioribus id facere directantibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit: An ejusmodi causam Episcopus Superioribus Regularibus significare teneatur?

**13.** An eadem constitutio qua parte supponit Episcopi Jurisdictionem in Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorumdem monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an vero solum in notoriis, & cum scandalo populis?

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trident. Interpretum censuit, constit. san. mem. Gregorii XV. de Exemptorum privilegiis nequaquam subijcere Regular. Exemptos, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, Episcoporum Jurisdictioni in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis secularibus administrandis iidem Regulares delinquant, nec propterea.

**Ad 1.** Dubium respondit, Episcopis non licere in vim ejusdem constitutionis visitare altaria ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca, ubi in iisdem ecclesiis asservatur SS. Eucharistiæ sacramentum, vel ubi confessiones personarum secularium audiuntur.

**Ad 2.** Hac in parte constitutionem nihil novi Juris induxisse, nec ullam novam auctoritatem Episcopi in Regulares attribuisse; ideoque in vim ipsius constitutionis non posse Episcopos Regularibus præscribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum confessiones audiant, vel aliâ illorum privilegia in sacramentis administrandis restringere, ac moderari. Quod si aliunde Episcopi hujusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem constitutione sublatam.

**Ad 3.** Censuit, ejusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personam nullius diocesis.

**Ad 4.** Non competere.

**Ad 5.** Jus confirmandi Abatissas minime fuisse Episcopis pro constitutionem attributum.

**Ad 6.** Confessores quidem Extraordinarios Monialium nullatenus posse post constitutionem illarum confessiones audire, nisi prius ab Episcopo diocesano idonei judicentur, & approbentur; Ordinarios vero Confessores ante constitutionis publicationem deputatos, posse durante triennio ab eorum destinatione inchoando, pergere in confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat, ut illorum facultas à Sede Apostolica ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari, & approbati.

**Ad 7.** Superiores Regulares electores, seu deputatos ante ipsius constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi confessiones Monialium sibi subjectarum, posse durante eorum officio, pergere sine alia Episcopi approbatione in confessionibus audiendis illarum tantum, quæ sponte, ac proprio motu id ab eis petierint; At vero eos, qui post constitutionem eliguntur, aut quomodolibet